Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



46

super nos quemadmodum speramus in te tua non
in potentia aut in iustitia nostra

Ps 33 In quo de mutatione veteris sacrificii in novum
vox ipsius in persona omnium electorum

Benedicam dominum
corde et ope in omni tempore prospeci
tatis et adversitatis nec pro aliquo
timore tacebo sed assidue temporibus
opportunis laus eius in ore meo

In domino letabitur anima mea non in sapia mdi
aut sublimitate verborum qui sitemperantiam habent omni
rerum sed in domino a quo est omne qd laudabile est i me
audiant hoc mansueti et letentur quia habent me
socium laudantem et benedicentem ut sim particeps re
munerationis eterne

Et ideo ipsa ex feruore caritatis subiungit o mansueti
Magnificate dominum mecum laudando eum et predica
do magnum esse et exaltandum pdicemus cultum
nominis eius concorditer

Merito muitam vos ad magnificandum deum quoniam
plurimum utilitatis inde multi provenit Exquesiui
eum dominum in oratione et exaudiuit me et eripuit me
hic a multis tribulationibus sed omnipotentialiter eripiet
ab omnibus in futuro cum mortale hoc induerit immor
talitatem

Accedite ad novum sacrificium communionem
passibus mentis per contritionem et deuotionem et illumina
mini ab eo qui est lux vera et facies vere non parve
tur repulsam in orationibus suis nec frustrabuntur